conditionis atq; plebeij status eos admonet, longeq; felicius
admonet, quàm ille quondam Philippo à cubiculis, qui quotidie
ante auroram cubile regium ingressus inclamavit: Philippe
Homo es, Sic enim sine verborum strepitu, nec semel
duntaxat, sed pluries id praestat officium, dum quotiies morbus
infigit, inculcare videatur: Homo es, et quàm sit misera,
quam fragilis, quàm lutea, quàm abiecta Hominis natura,
animo ingerere, ut maxima licet potiatur potestate, totiq;
quasi dominetur terrarum orbi, tà Hoc minutissima animal
cula, propriâ carne, propriq; sanguine pascere cogatur.
Quodsi olim pediculus (si tu pediculq; et non potius pulex
fuit) apud Galliarum regem tantum potuit, ut, cum illum
regio insidente vesti, famulorum quidam ejecuteret, conditionis
suae, fuit plebeio seipsum admonere ingenuè fateretur; quan
to magis et melius pulice, cum et frequentior, et copiosior in
aulis principum versetur, id efficere credendum est. Verum
neq; hoc tàm, sed omnes omnino Homines status sui conditionisq;
non sunt vivere immemores, proinde delicatos illos Cresos,
Croesos et Helenos, quos otiari non sinit; itaq; à
multis gravibusq; illos, quo ex otio, velut ex equo Troiano,
prorumpunt, malarum cupiditatum ostibus, eximios atq; ex
pertes reddit, ut proinde non tàm vigilantissimi concionatoris,
sed etiam optimi pedagogi officium solerter agitare censendus sit.
Deinde quid crebrius tam ipso Servatore nostro, quàm ab

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 271r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/271r)